

**Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius, I.U.D. ac Prof. Publ.
Honaratissimae Matronae B. Evae Ansehls/ Funus, quod eeu Matri suae suaviss.
Vir PI. Reverendus Dn. M. Joachimus Schröderus, ad Div, Georgii Pastor
fidelissimus, Filius superstes hodie parabit, Solenniter indicit, & ad eundem
exequias Cives Academicos serio impenseq[ue] invitat ...**

Rostochii: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn745847323>

Druck Freier  Zugang



Radov, G.,

in E. Ansehl,

uxor. J. Schröder.

R. 1688.

33.

6

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
GEORGIVS RADOVIVS, J.U.D.

ac Prof. Publ.

Honoratissimæ MATRONÆ

B. E V Æ Ansehls/

Funus,

quod eeu MATRI suæ svaviss.

VIR PL. REVERENDUS

D.N. M. JOACHIMUS

SCHRÖDERUS,
GEORGII Pastor fidelissimus,

Filius superstes

hodiè parabit,


Solenniter indicit, & ad eundem exequias

CIVES ACADEMICOS seriò impensèq;

invitat.

Convenietur in Aede Marianâ horâ 1.pomerid.

ROSTOCHII,
Literis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



Uas esse vitas, obser-
vatum monitumquè maxi-
mo HIPPONENSIMUM An-
tistiti, AUGUSTINO, quæ
divinitus prædicatæ & com-
mendatæ sint Ecclesiæ; qua-
rum una sit in fidè, altera in
specie; una in tempore pe-
regrinationis, altera in æ-
ternitate mansionis; una in

laborc, altera in requie; una in viâ, altera in pattiâ;
una in opere actionis, altera in mercede contempla-
tionis; una declinet à malo, & faciat bonum, altera
nullum habeat, à quo declinet, malum, & magnum
habeat, quo perfruatur, bonum; una cùm hoste pu-
gnet, altera sine hoste regnat; una fortis sit in adver-
sis, altera nihil sentiat adversi; una carnales cupidi-
tates frenet, altera spiritualibus delectationibus va-
get; una sit vincendi curâ sollicita, altera victoriæ
pace secura; una in temptationibus adjuvetur, altera
sine ullâ temptatione in ipso adjutore lætetur; una
subveniat indigenti, altera ibi sit, ubi nullum inve-
niat indigentem; una alienis peccatis, ut suis ipsius
ignoscat, altera nec patiatur, cui ignoscat, nec faciat

cui

cui possit ignosci; una flagelletur malis, ne extollatur in bonis, altera in tantâ plenitudine gratiæ careat omni male, ut sine ullâ tentatione superbiæ cohæret at summo bono; una bona & mala discernat, altera, quæ sola bona sint, inveniat. Unam igitur (collegit porrò sanctissimus PATER) esse bonam, sed adhuc miseram, alteram meliorem & beatam. Totam hinc agi unam usq; iu hujus seculi finem, & invenire finem, differri alteram complendam post hujus seculi finem. sed in futuro seculo non habere finem. Hæc ipsa spiritualis & cœlestis vitæ contemplatio quemadmodum omnes omnino Christianos fidelesq; præcipue attinet, ita FUNCTAM nostram omni prorsus tempore, potissimum eo, quo jam inclinari, atque vergere ad finem cœpit, adeò districtam tenuit, ut nulla æquè ipsi curæ cordiq; meditatio foret, quām hæc ipsa; nulla verò etiam magis facere videretur isti, in quam jam intromissa feliciter est, possessioni vel hereditati acquirendæ. Nos MATRONÆ & virtute & ætate conspicuæ historiam hismet ipsis, quibus cōsignata est, i.e. alienis verbis, ordine & ne literâ quidem immutatâ, pertexemus. Sic g. habent: Eva Ansehls/ à parentibus probitate & honestate conspicuis hanclucem edita, Mense Martio Anni 1594. Patre Prudentissimo VIRO HENRICO Ansehl/ Senatore Paleo-Krakovensi, dum supererat, meritissimo; Matre verò, Nobilitate Virtutumq; cultu insigni Fœmina, ELISABETHA Welzins/ Nobilissimi tum ac Præstreuui CHRISTOPHORI Welzins/ Domini in Samit ac Rammenhagen, Filiâ. Hoc stemma Nobilitatis, hæc origo nostræ: nam ulteriori clarorum Nominum recensioni supersedere est animus. Cæterum,

terum, qui deplorandus in præsenti humani generis
status est, cum sine peccatorum inluvie concipi na-
sciq; non posset, per sacram protinus aquam puritati
pristinæ redditæ, sicq; Domino nostro JESU CHRI-
STO est consociata. Sollicita Parentum cura & e-
ducatio amore atq; timore Domini primum juven-
tæ florem imbuit, eumq; in monasterio hujus urbis,
ubi, post præmaturū Patris obitum, à Matre cuidam
suæ cognitionis commissa erat, optimis Virginemq;
quām maximè decentibus decoravit virtutib;. Quæ
res ipsi tantum Nobilis cujusdam Fœminæ coneilia-
vit amorem, ut ab ea in domum assumpta curandæ
quæ rei domesticæ præposita fuerit, cui & integrâ si-
de eò præfult, donec pubertatis annos adepta con-
sensu Matris, sibi asciverit maritum, Spectatissimum
Prudentissimumq; Virum, PETRUM SCHRODE-
RUM, Ministrum primùm per complures annos Se-
renissim. Gustroviensis, ejusdemq; fidissimum anno
nonæ Præfectum, indequæ ipsi quoquæ Duci, JO-
HANNI ALBERTO, divæ memorię, longè gratissi-
mum, posteà Senatorem Ribbenitzensem meritissi-
mum, cum quo octodecim integros annos conjugi-
um peregit satis fœlix. Quem piè defunctum post-
quam eo, quo par est, luctu eslet prosequuta, volen-
tibus suis, ad secunda concessit vota, associando sibi
Virum Prudentissimum, NICOLAU M Schwerba-
ren/ itidem Senatorem Ribbenitzensem, quo cum
integrum tranquillè transegit octennium. Hoc vitâ
functo per triennium viduam se gessit inculpabilem.
Mox tertium sibi assumit vitæ socium, JOHANNEM
Schmidt/ Civem ac Mercatorem industrium hujus
civitatis, adeò felici placidoq; consortio, ut privignis
naturalis


naturalis Parens haberetur, rursusq; ab iis non alio
ac filiali affectu viva redamaretur, mortua lugeatur.
Cùm ideo h̄isce conjugibus tranquillum traduxerit
ævum, unicum tamen omnino cum priore suscepit
filium , nempè DN. Magistrum JOACHIMUM
SCHRODERUM, Pastorem D. Georgi h̄ic locorum
vigilantissimum, Matrisq; charissimæ acerbum fu-
nus, inter medios etiam cephalalgia, qā eheu! af-
flictim laborat, cruciatus durante adhuc pietate, in-
genti cum mœrore prosequentem. Ex hoc unige-
nito; cum Anno 1637. adeoq; Officii sui initio, con-
sentiente Matre piè defunctâ, in matrimonium du-
xislet Fœminam omni Virtutis genere ornatissimam,
DOROTHEAM Backmeisters / Nobilissimi, Expe-
rientissimiq; DN. MATTHÆI BAC MEISTERI,
quondam Serenissimi Propriis inferioris, Saxonie
Medici, & Physici Luneburgensis relictam filiam,
M. CONRADI HUSWEDELII, p.m. Pastoris itidem
D. Georgi Viduam, novem vidit liberos, quatuor fi-
lios, quinquè filias. Primus horum Joachimus, Pa-
stor in presentiaruu Neo-Calensi, è probatissima
Conjuge, MARIA ELISABETHA Rahlen/duos pro-
genuit, JOACHIMUM GEORGIMUM & SOPHIAM,
ambos superstites. DOROTHEA, altera è Reveren-
do DN. JOHANNE MOLLI, Pastore Zeteminensi ac
Giloviensi, duas suscepit filias, CLARAM EVAM,
& ANNAM SOPHIAM. Tertia ELISABETHA, ini-
to Matrimonio cum JOHANNE ERNESTO Ar-
merting/ quatuor natorum Mater facta est, filiolæ u-
nius, EVÆ, mature denatæ, trium filiorum, JOACHI-
MI CONRADI, JOHANNIS & CHRISTIANI, qui
adhuc omnes in vivis. Quartus, CHRISTIANUS,
ipse

ipse juventæ flos ad plures abiit. Qui quicunque locum
occupat, PETRUS, postquam artem Typographicam
perdidicisset, ex arbitrio Parentum sibi conjunxit de-
coratissimam Fœminam ANNAM Schmalbachen/
quæ ipsum duorum liberorum fecit parentem, quo-
rum primus obiit, altera, EVA, adhuc vitam dicit.
Sexta, EVA, Virginitatis florem moriens ad cœlestem
Sponsum pertulit. Septima, Sophia, innupta adhuc
apud Parentes moratur aviæq; beatissimæ, durante
morbo, fidelem se ac impigram præstítit. Octavus,
JOHANNES, studiis operam navat, cumq; proximè
dicta sorore summâ cum tristitia præsto est. Nona pro-
les lucem non adspexit. Nostra sic fuit mater unius fi-
lli, novem nepotum avia, proavia decem liberorum,
magni in ultima ætate gaudii causa & argumentum:
Christianismum quod attinet, non quidem ab omni
labe immunem quæ humana est conditio, pro virili
tamen parte integrum scelerisq; puram transegit vi-
tam, precando, sacra legendo & audiendo, non saltē
diebus Dominicis sed & horis precibus dicatis, præpri-
mis annis proximè undecim viduitatis, quam pietatem
insigni erga pauperes liberalitate condecoravit. Pri-
mam ætatem satis acerbam nec sine cruce peregit, sed
& eandem patientiâ magnâ tulit, aliisq; imprimis filio
satisq; dilectæ hujus Conjugi in rebus adversis solatia
dixit, qui etiam cùm aliâs tum præcipue inter bellorum
tumultus ægram senectutem vitamq; viduam liberali
curâ adjuverunt, hisq; ex verbi divini fonte animum
addentibus exempla Christi, Prophetarum, Apostolo-
rum, aliorumq; Sanctorum oculos posuit. Quid,
quod & pacem cum proximo tueri, eidemq; auxilia
ferre sustinuerit, memor semper præsertim in senio suo
labo-

laborum, vanitatum fallaciarumq; mundanarum quas
abominabili querelâ cum cœlesti sede mutare perpe-
tuo flagravit desiderio! hinc ad quemvis campanæ au-
ditum mortalitatem piis secum reputans cogitationi-
bus oravit: **GOTT** der Vater wohn uns bey und
laß uns nicht verderben/ &c. **GOTT** gebe uns eine
schlige Stunde/ &c. Ultimum pîe nostre defunctæ
morbum abitumq; quod spectat, primo Adventus die
annii:666. postquam sacra usa esset cæna, in ipso tem-
plo apoplexia altero in latere perculta, cum ipsa ire
non posset, ab alio se domum duci passa est, ab eo tem-
pore per integrum annum & quinquè hebdomedas
lecto detenta est; quæ tamen morbi vis ac gravitas
adeo non vicit patientiam, ut potius indefessis preci-
bus, lectione Sacrorum, meditationeq; concionum,
quas, cum ipsa interesse nequiret, à Filio aliisq; requi-
rebat, animum resecerit, nihil magis conquesta, quam
quod desiderium de vilendis ædibus sacris implere sibi
non liceret, id quod tum testata potissimum est, cum
inter medios morbi dolores duabus vicibus se in Tem-
plum D. Johannis duci sustinuit. Aliquoties Sacra
Synaxi est relecta. Hanc tam probam matrem Filius
una cum multum dilectâ Conjuge saepius invisere seq;
ipso officiosum præbere non est gravatus, nec Privigno-
rum illi defuit aut cura, aut animus. Adfinis quoque
ejus Nobilissimus Experientissimus DN.D. JOHANNES
BACKMEISTERUS, Prof. Duc. Super. Mathem. fami-
geratissimus, Dominus Collega noster honoratissi-
mus, rogatu filii conducibilia diluit adhibuitq; medica-
mina, quæ, interdum licet vim saluberrimam attulisse
visa, ad ultimum tamen malo cessere. Quapropter,
paucas quamvis ante septimanæ sacræ cibo pasta, gravi
tamen

tamen languore animiq; deliquio correpta, tantum
cepit desiderium, ut protinus Confessionarium suum
Virum Admodum Reverendum DN. HENRICUM
MULLERUM, S.S. Theol. D. & Prof. hujus Universi-
tatis, Pastorcm Ecclesiae Marianæ longè meritissimum
Affinem & Collegam nostrum honoratissimum accer-
siri jussit, qui postero statim die hora 5. matutina
solatio verbi oscillatam à peccatis absolvit, porrecto sa-
cro cibo potuq; illi pariter ac filio nuruiq;. Quare
serio gavisa, cùm devotis precationibus indidem indi-
demq; beatissimam mortem expeteret, inter hujus
cum vitâ luctam piasquè preces, præprimis hæc in-
tergemitus protulit: Meinen JEsum laß ich nicht/
&c. Kom du schône Freuden Krohne / &c. præsentibus
filio hujusq; conjugi, inclamatibusq; ut Seevatorem
suum firmiter in memoria teneret; quibus & respon-
dit Amen, mentis adhuc dum compos, animam suam
cœlo, unde acceperat, reddidit die 3. Jan. anni præ-
sentis, ætatis 74. Huc usquè FUNCTÆ peregrini-
nis contexta verbis historia. Vos jam, CIVES
ACADEMICI, frequentes MATRONÆ ho-
noratissimæ ire exequias, atque ita supremum huma-
nitatis officium eidem præstare, DEOq; OPT. MAX.
utramq; REMP. & literariam & politicam, piis com-
mendare precibus haud pigremini. P.P. sub Sigil-
lo Rectoratus, die XVI. Januar.

Anno 1668.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745847323/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745847323/phys_0013)

DFG



laborum, vanitatum fallaciarumq;
abominabili querelâ cum cœlesti
tuoflagravit desiderio! hinc ad qu
ditum mortalitatem piis secum re
bus oravit: GOTT der Vater
laß uns nicht verderben/ &c. G
schlîge Stunde/ &c. Ultimum
morbum abitumq; quod spectat, p
annii 666 postquam sacra usa esset
plo apoplexia altero in latere perc
non posset, ab alio sed omum duci
pore per integrum annum & qu
lecto detenta est; quæ tamen n
adeò non vicit patientiam, ut pot
bus, lectione Sacrorum, meditat
quas, cum ipsa interesse nequiret,
rebat, animum refecerit, nihil mag
quod desiderium de visendis ædib
non liceret, id quod tum testata p
inter medios morbi dolores duabu
plum D. Johannis duci sustinuit.
Synaxi est refecta. Hanc tam pro
una cum multum dilectâ Conjugâ
ipsi officiorum præbere non est gra
rum illi defuit aut cura, aut animu
ejus Nobilissimus Experientissimus
BACKMEISTERUS, Prof. Duc. Su
geratissimus, Dominius Collega
mus, rogatu filii conducibilia dilui
mina, quæ, interdum licet vim sal
visa, ad ultimum tamen malo cesse
paucas quamvis ante septimanæ sa



um quas
e perpe
anæ au
itationi
ey und
ins eine
efunctæ
tus die
so tem
psa ire
eo tem
omedas
gravitas
is preci
ionum,
requi
a, quam
olere sibi
st, cum
in Tem
es Sacrâ
m Filius
sere seq;
rivigno
quoque
ANNES
n. fami
oratissi
medica
attulisse
ropter,
ta, gravi
tamen

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]